

# FRANCISCVS D ANDVLVS

D V X LII.

*Electus die 8 Januarii 1328. Obiit Mensē Novemb. 1339.*

## EPIGRAPHES ANTIQVA

*Marchia tota diu mecum bellando subacta  
Tarvisium tandem sub mea iura dedi.*

LII.



Ranciscus Dandulus cognomento Canis, domi con-  
filio latrans, foris hostem dente lacerans, semper fi-  
delis patriam quasi familiam pater potius, quam  
Princeps distribuens, Vallenses & Polanos, qui olim  
defecerant, ad ultroneam ditionem revocavit,  
gravi Patriarchæ Aquileiensis indignatione, qui re-  
pentè illapsus in Histriam, ut illam armis repeteret, Justinianum  
obviom habuit cum copiis, à quo fatus & turpiter victus Histriam  
deseruit, & provinciam suam nobis diripiendam aperuit. Per ea  
tempora Thomas Viarus quamvis classe validior dum temerè in Li-  
gures irruvit, iactu oculi, amissis triremibus, parvo ipse navigio Ve-  
netias recessit, ubi trufus in carcerem vitam posuit, memorabili  
exemplo ducibus, non speciosa sed necessaria sequenda consilia.  
Turcæ interim sub Amurathe, Ligurum ope, in Europam tradu-  
cti,